summas p[rae]fatas tollendi, levandi et percipiendi, de levatis et per-
ceptis quietandi, pro eisdemq[ue] si non fuerint persoluta, Jure a-
gendi, Processus quosvis Juridicos instituendi et inchoandi, ad de-
bitumq[ue] Executionis finem perducendi, ac p[rae]missa omnia tanquam
sua propria ad suos suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos
ususfructus libere et effectualiter convertendi, Juris p[rae]fati ori-
ginalis ea omnia latius in se complecten[tis] p[rae]sentisq[ue] cessi et trans-
fusi vigore.

Feria Sexta post Dominicam Lætare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

13/III

Woiakowskich Coniugum Aduitalitas.

910

Comparentes personaliter coram Officio et Actis
p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitalibus Premyslien[sibus] Gnosi Casimirus Woiako-
wski olim Gnosi Jacobi Woiakowski cum olim Gnosa Catherina Pra-
szkowna Consorte eius legitima procreatus filius ab una et Ce-
cilianna Teclawska olim Gnosi Stanislai Teclawski cum olim

Gnosa Sophia Gielbutowska procreata filia eiusdem Gnosi Casimiri Woiakowski Consors parte ab altera Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Officiis Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum praefati mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscen consensu sibi mutuo et invicem una Pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumq quarumvis pecuniariarum, nec non auri argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium vestimentorum, tum stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equiret, ac totius suppellectilis domesticae in quacunq forma et materia existen, nunc habitt et in post haben mutuam advitalitatem et usumfructum ad extrema vitae sue tempora tantummodo et non ultra inscripserunt concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt concedunt et assignant per praesen tali videlicet modo et conditione. Quod si prius praefatum Gnosum Casimirum Woiakowski Maritum, quam ipsam Feliciannam Peclawska Consortem ipsius mori et de hac luce

1038

decedere contigerit. ex tunc eadem Gnosa Felicianna Pęcla-
wska Consors bona sua suprascripta omnia et summas pecuni-
arias morte pdicti mariti sui derelinquen cum omni eorunde
Iure Dominio et proprietate competentiaq et Praerogativa quavis
omnibusq et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit
habebit et possidebit illisq quiete et pacifice utifruetur ad ex-
trema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero pfatae Gnosae
Consortis ex tunc pdicta bona et res quaelibet omnes Inscriptioni psenti
subiectae morte pdicti mariti sui derelinquen ad Successores
pnominati mariti sui, sine quovis impedimento et Contradictio-
ne Successorum pdictae Consortis suae totaliter et plenarie devol-
ventur similiter quoq si prius pfatam Gnosam Feliciannam
Pęclawska Consortem suam quam ipsum Gnosum Casimirum
Woiakowski Maritum suum mori contigerit ex tunc idem Ma-
ritus bona supta quaelibet omnia morte praedictae Consortis derelin-
quen cum omni Iure Dominio et pprietate tenebit, habebit.
et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vi-
tae suae tempora utifruetur. Post mortem vero et de hac luce
decessum eiusdem Mariti sui ex tunc bona suprascripta mor-
te eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos sine
quovis impedimento et Contradictione Successorum Mariti
sui totaliter et plenarie devolventur. His suis praesen-
tibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia
mediantibus.